

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

9. De variis orandi modis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

## C A P U T I X.

*De variis orandi modis.*

**Q**uæ est hominis infirmitas, ut spiritualium rerum tedium facilè concipiatur, ad illud vitandum excogitati sunt à viris sanctis diversi modi orandi. Tres S. P. noster Ignatius quām accommodatissimos tradit.

I. Modus est, quo Decalogi præcepta, aut vitia capitalia, aut internæ animæ potentiae, ipsiq; sensus exteriores pro materia meditandi assumuntur. Qui modus convenit viæ purgativæ, ac de illo agetur in I. parte Meditacionum, ubi propriæ de iis capitibus considerationes proponentur.

II. Modus, cùm Psalmi alicuius versiculos, aut alia Scripturæ sententia, aut etiam Hymni Ecclesiastici pars ad meditandum proponitur, eliciendo ex ea spiritum fructumque latentem. Itaque singula verba pensitanda sunt, &c, quò spectent, considerandum. Nam si Deus in proposita sententia loquatur homini, aut docet, aut præcipit, aut corripit, aut terret: vel contrà, erigit, solatur, allicit: & pro affectu flectendus est animus, Deoq; subjiciendus. Si autem homo loquatur Deo, ut passim in Psalmis, aut laudat & gratias agit, aut petit peccatorum veniam, vel liberationem à malis, aliae beneficia: Induendus porrò est ille affectus, quem verba præ se ferunt, vel ejusmodi sententia debet assumi, quæ conveniat affectui, quem volumus in nobis

excitare.

excitare. Convenit iste modus viæ Illuminatæ, quæ scrutatur mysteria divinorum eloquiorum, ad proficiendum in spiritu. Praxis tradetur in 2. & 3. parte Meditationum, circa orationem Dominicam, & salutationem Angelicam, & alias Christi Domini sententias, quæ in primis efficaces sunt. Nam *labia ejus lilia distillantia Cant. 5. myrrham primam*. Et ipse de se : *Verba, quæ 13. ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, quod 10an. 6. Petrus agnovit, cùm dixit : Verba vita aeterna 4. 6. 19. habes.*

III. Modus constat variis affectibus per intervalla respirationum, non enim hæretur diu-  
tius in verbo aut parte aliqua sententiæ, nisi  
quantum inter unam aut alteram respirationem  
intercedit, veluti carpendo cursim ex proposi-  
tis fructum, & alium post alium affectum con-  
cipiendo, & quasi jacula in cælum jaciendo.  
Quod exprimere videtur David in illis verbis :  
*Os meum aperui, & attraxi spiritum : quia man- psal. 18. data tua desiderabam : quasi ad singulas attra- 13. stiones funderet orationem.* Convenit hic mo-  
dus viam ingressis Unitivam.

III.

## CAPUT X.

*De supplendo labore meditandi.*

**T**ripliciter se habent homines in meditan- Diversi-  
do : quidam plus ratiocinationi dant, mi- tas me-  
nus affectui ; alij plus affectui, sed cum ratio- ditat.  
cinatione, alij simplici intuitu rei in affectus  
assurgunt : quæ est contemplatio. Verum ad

B

hanc